

[Accueil](#)[Revenir à l'accueil](#)[Collection Mythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567](#)[Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre IX](#)[Item Mythologia, Venise, 1567 - IX, 12 : De Achille](#)

Mythologia, Venise, 1567 - IX, 12 : De Achille

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre IX

[Mythologia, Francfort, 1581 - IX, 12 : De Achille](#)□

est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre IX

[Mythologie, Lyon, 1612 - IX, 12 : D'Achille](#)□

est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre IX

[Mythologie, Paris, 1627 - IX, 13 : D'Achille](#)□

est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la notice [Équipe Mythologia](#)

Mentions légales

- Fiche : [Projet Mythologia](#) (CRIMEL, URCA ; IUF) ; [projet EMAN](#), [Thalim](#) (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). [Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 \(CC BY-SA 3.0 FR\)](#)
- Images : [Münchener DigitalisierungsZentrum](#) (MDZ).

Présentation du document

Publication [Venise, Comin da Trino, 1567](#)

Exemplaire [Munich \(Allemagne\), Münchener DigitalisierungsZentrum \(MDZ\)](#)□ ,
Res/4 Ant. 50

Formatin-4

langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination 281r°-282r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiques [Achille](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/04/2023



nata, è qua nulla nascuntur animalia : at Vulcanus impurus est, in materia ignis, siue calor potius, qui generationem adiuuat, & in terram decidens multiplicia gignit animalia; quare eius & terræ filius Erichthonius tã diuersæ formæ dicitur fuisse. Atqui furorem immisissimum fuisse sororibus Pandrosi dixerunt idcirco, quod non paruerint Deæ monitis; quæ te significabatur contra Deorum mandata non conferre esse curiosos, cum multis mortalibus id sæpius calamitosum fuerit. nam multi quia consiliosum secretiorum essent conscii per insidias clam de medio fuerunt sublati. at de Achille nunc pauca dicamus.

10

De Achille.

Cap. XII.

Explicata fuerunt suo loco illa omnia propè, quæ pertinebant ad Thetidis nuptias; & quod illa à Peleo in matrimonium ducta præter ceteros filios Achillem etiam illi genuit. cum vero per noctem sub igne filios Thetis occultaret, vt quod mortale illis esset ita eximeret, filii reliqui omnes mortui sunt: at Achilles per diem ambrosia perunctus, & per noctem sub igne occultatus dicitur aliquandiu perdurasse, donec à Peleo deprehensa illa irata se in numerum Nereidum receperit. Sic igitur Achilles ab igne seruatus Pyrisons primum vocatus est; atque cum labrum tamen exustum fuisset, quod cum lingeret infans, ambrosia non erat perunctum, dictus est postea Achilles. Alii in lebetem bullientis aquæ infantes ab ea iaci solitos inquirunt, vt experiretur an mortales geniti fuissent. Achillis tamen matrè Dorion & Chalcidicus Dionysius non Thetis Nerei, sed Chironis filiam fuisse voluerunt. Daimachus cõtra Alexandrinus in lib. 2. Redituum Achillem Caloes nymphæ filium fuisse sensit. Scriptum fuit ab Apollodoro lib. 3. Achillem à Peleo susceptum deportatum fuisse ad Chironem, quæ ille amatissimè educauit, atque leonum visceribus illum nutriuit, aprorumq; & vrsorum medullis, lactis prorsus ignauum vt est in his versibus Euphorionis,

20

Ἐτ' ἦν ἡ γὰρ χάλις ἀκροῖς παρὰ τὸν ἄνακτα.

τὸν οὖν ἐκ τῆς ἀχίλλης φησὶν ἄνακτα.

Nescius omnino lactis Phthiam petit, illum

Quare Myrmidones dixerunt nomine Achillem.

30

Quod autem Achilles, à iustissimo Centaurorum Chirone educatus sit, ita testatur Euripidis Iphigenia in Aulide;

Ὅτι μὲν οὖν ἐν ἄλλῃ, μὴ ἄλλῃ φησὶν.

Ὅτι δὲ χίτωνο χιρῶν, ἰσχυρῶς χιρῶν.

Ὅτι δὲ ἰσχυρῶς ἰσχυρῶς ἀπὸ τῆς χιρῶν.

χίτωνο, ἰσχυρῶς τῶν τριῶν ἀπὸ τῆς χιρῶν.

Quandoque dulce sit parum dignoscere.

Quandoque confert plurimum dignoscere.

Ego viro à pio educatus sum puer

Chitone, mores simplices tantum imbibi.

40

Fama est Achillem à Chirone auo euditum fuisse, à quo præter citharæ pulsanæ artem, & vsum herbarum, peritiã venandi & iaculandi & artis medicæ, leges æquitatis & prudentiæ edoctus fuit. Idem cum annum ætatis suæ nonum expleuisset, pronuntiaffetq; Calchas uates Troiam sine Achille capi non posse, quia responsum tulisset à matre sibi in eo bello, quod aduersus

Bbb sus

Mythologia

sus Troianos gereretur, esse moriendum, puellari habitu indutus in Scyron, quæ una est à Cycladibus insulis, inter filias Lycomedis se abdidit, ut late-
ret duces Græcorum, qui ad Troiam erant militaturi. una igitur illarum
puellarum Deidamia nomine clam ab illo viriata Pyrrhum filium illi proge-
nuit: Hic tamen inter puellas ab Ulyssæ cognitus eius expeditionis laborē
ac periculum denotare non potuit. At vero cum datum fuisset Græcis re-
sponsum illum primum omnium Græcorum esse moriturum, qui prior è na-
vi in litus Troianum exillisset, prior exiit Protesilaus, quare prior om-
nium cæsus est ab Hectore. Id cum cognovisset Achilles ultimus è sua navī
exiit in litus, quod cum magno impetu fecisset, terramque pedibus vehe-
menter percussisset, aqua è terra manare incæpit, atque fons ibi natus est; ut
in his significavit Antimachus;

10

*Ἰακχὰς ἄπ' ἄσπερου μολαίνου ὄρεος Ἰσθμίου
σπυλῆδες ἀπέρριπον Ἰακχῆς ἦδ' ἐν κίρῳ.
τῆσδ' Ἰακχῆσιν ἠδὲν κέρων γένος ἀνείματα.*

Continuo accipiter veluti nigrantis Achilles

Defiliit in terræ dorsum sublimis: ac illi

Ante pedes fluxit vitrea fons lymphidus unda.

20

Hic igitur post multas res ad Troiam præclaræ gestas, quas Homerus recen-
suit, Polyxenæ Priami filix amore captus significavit Priamo per nuntios
se pro Troia pugnaturum, si sibi puella concederetur. Tum Priamus eam se
datum esse pollicitus est, qui cum illa de causa in templum Thymbreï
Apollinis convenissent, Paris clam ex insidiis illum sagitta transiit, quare
ultimum vitæ suæ diem ira per dolū conclusit. eius corpus non prius deditū
est Græcis, quam recepissent illa ipsa munera, quæ pro redimendo Hectore
data fuerant. Propter huius præclari Herois mortem dicte sunt Musæ & nym-
phæ omnes fleuisse, quod ita significavit Lycophron in Alexandra;

30

*ὅτι τῆς ἀείψουσης ἰσχυρῆς Ἰστί
σπυλῆδες Ἰακχῆσιν τολαῶν ἠέριον,
κρητῆρα βέκχου δούτου κιαλαρμῆσι
ἐνφασσι, αἱ φίλασσι θεφύρῳ γαίε.
λαθοντῆσδ' εὐερεθῆ σπυλῆσιν κτεταῶ,
ἢ κρητῆσιν τῆ σπυλῆσιν ἀείψου
κρητῆσδ' ἀφῆ τῆσιν ἰσχυρῆσιν ἀείψου
λαῶσι, παρ' Ἰστί κρητῆσιν φασίε κρητῆσιν,
κρητῆσδ' ἰσχυρῆσιν ἰσχυρῆσιν ἀείψου.*

Rursus redempto pro altero cadavere

Par pondus auri Splendidi Pactolii

Ferent. Sed is cratera Bacchi mortuus

40

Perfusus inibit lacrymis Libethridum

Pimplæ incolunt quæ verticem; à nymphis simul

Sororibus, Baphyræ aquas amantibus.

Atque ille cædis præscius fatum timens,

Feret puellæ vestibus sese indui;

Textetque telas pectine arguto leues,

Saltabit hostium in solum idem victimus.

Nam ossa Achilles & Patrocli & Antiochi in aureo vase, quod largitus fuit
Thethidi Bacchus cum fugeret impetum Lycurgi, recondita fuisse memo-
rant.

rant. Dicitur est autem Achilles a Musis fuisse deploratus, quia cum musicis instrumentis eius pompa funeris ducta esset; cum vero mare per idem tempus forte ventis intumuisset, longeque strepitus undarum exaudiretur ut ait Ilacius, datus est locus fabulae, quod nymphae eius eadem grauiter conquiescunt. Neque enim est sanae mentis ea propter Achillem contigisse credere, cum elementa minime sint de singulorum nostrum vel morte vel ortu sollicita. Dicitur est inter filias Lycomedis muliebri habitu indatus latuisse, quia cum Deidamiam eius regis filiam cepisset in matrimonium, ita nouis nuptiis delectabatur, ut maiorem temporis partem cum sponsa esset intra Lycomedis parietes, & in thalamo lateret. Hic idem Heros cum fortissimus esset omnium Graecorum non prius vinci potuit vel a fortissimis hostibus, quam voluptatis desiderio & libidine irretitus, ab imbelli & timidissimo omnium prope Troianorum Paride vulneratus fuit. per haec igitur significare voluerunt antiqui maxime omnium rerum formidandas esse viris fortibus voluptatum illecebras, quae grauissimae sunt omnibus & perniciosae denique aduersariae. at nunc de Ganymede dicamus.

10

De Ganymede.

Cap. XIII.

Ganymedes autem qui ab aquila raptus, & in caelum ad Iouem portatus fuit, ut illi potus pro Hebe Iunonis filia ministraret, dicitur fuisse Troianorum Regis filius. Hic cum esset eximie & prope inaudita pulchritudinis, ob eam dignus habitus est, non qui ad libidinem, ut crediderunt plerique raperetur, sed qui pocula Ioui ministraret, ut scripsit Homerus libro v. Iliadis;

20

*Ἰφιδάμῳ ἀδελφῆς Πηλεΐδος ἀμύμονος ἱερώτατος
Ἰλάου, ἀκαμάχῃ τε, καὶ κίρῃ τε γαμήδῃ.
ἔκ δὲ κέλλετος γένετ' Ἰφιδάμῳ ἀδελφῷ.
τῆς καὶ κίρῃ γένετ' Ἰφιδάμῳ ἀδελφῷ,
κάλλιος ἴσικα δὲ, ἢ ἀθανάτων μύθη.*

30

Hinc Troi nati pueri tres esse feruntur:
Iulus, & Assaracus, pulcherrimus & Ganymedes.
Inter mortales cui praestantissima forma.
Quem superi rapuere, Ioui quo pocula magno
Praebet ob formam, cum Diis & transigat xuum.

Apollonius vero Rhodius lib. 3. Argonauticorum non ut esset Iouis pincerna, sed ut consuetudine Deorum fruere ob formam, raptum fuisse Ganymedem scribere videtur, cum inquit;

*ἴφρα δὲ τῆς ἀκαμάχῃς ἀδελφῆς Ἰλάου,
ἐκ τῆς καὶ κίρῃ γαμήδῃ, τῆς ἱερώτατος
κίρῃς ἱερώτατος ἱφιδάμῳ ἀδελφῷ.*

40

Hunc Iouis in molli seiuictum repperit aula,
Non solum simul et Ganymedem. Iupiter illum
In caelum rapuit cum Diis ut transigat xuum.

Fuit autem raptus ex Harpagia, qui locus fuit in agri Priapeni & Cyziceni finibus, qui ab ea re nomen obtinuit, ut ait Strabo lib. 13. alii circa Dardanum promontorium illud accidisse inquit, quod Virgilius factum in Ida monte Phrygiae dum venaretur ita commemorat lib. 3. Aeneid.